

tum libris auri multitudinum. Episcopis autem successoribus nostris hæc ita observare [Mir., de servire] volumus, sicut et plura in partem illorum contulimus et sicut hæc coram Deo digno consideraverint. Si vero deinceps alicujus obstinatio contra hæc se exeredit, noverit se etiam quinquaginta quatuor coepiscoporum, \* qui a principibus nostris † Christiaco congregati sunt, quibus præsentibus, vel quorum consilio hanc donationem ecclesiæ matriculæ, quam nostræ celebravimus, et nostra, quamvis ad extrema, auctoritate excommunicatum et invocatione sanctæ Trinitatis, poten-

\* Ex his verbis, iisdem quæ supra. pro salute regni et principum, recte licet concludere magnam inter reges Francorum pacem floruisse, dum hæc scribentur, ac proinde scripta fuisse, quoad summam, initio episcopatus Leodegarii, reguantibus cum fra-

Voulons aussi que nos A state beati Petri apostolorum principis, cum Iuda traditore Domini, qui loculos habebat, et qui res Domini furabatur et pauperum, æternaliter damnandum cun<sup>r</sup> Dathan et Abiron, quos vivos terra absorbit inconsueta et desperabilis morte, in omnia viventium terrore, nisi digna satisfactione resipuerit, prodigatum, in perpetuum puniendum. Amen. Amen.

† Acta Christiaco, publice, tertio anno regni Theodorici regis. Ego <sup>c</sup> episcopus Leodegarius huic donationi factæ sub anathemate subscribo, et manu propria firmo.

de la part de saint Pierre, praince des apôtres, à estre perpétuellement damnés avec le proditeur Judas qui portait la bourse et bien de Nostre Seigneur, desrobant les biens des pauvres, — et avec Dathan et Abiron que la terre agloutit tout visz d'une mort inacoutumière et désespérable, à la terreur et épouvantement de tout le monde; — s'ils ne se retournent à résipiscence et satisfaction entière. — Faict aud. Christiaco, publiquement, le troisiesme au de Theodoric roi. Je, Léger, evesque, cy soubsigne cette donation de ma propre main et sur peyne d'excommunication.

terna pace Clotario in Neustria et Hilderico in Anstrasia.

<sup>b</sup> Cressiaco, Mabillon. Deest in Miræo.

<sup>c</sup> Episcopus deest in Miræo.

ANNO DOMINI DCLXXXIII.

## LEO PAPA II.

### NOTITIA HISTORICA IN LEONEM PAPAM II.

(Ex Mansi, Cœcil. Collect. ampl.)

(a) Leo <sup>1</sup>, natione Siculus, ex patre Paulo, (b) sed menses decem, dies septem [octo] et decem. Vir eloquentissimus et in divinis Scripturis sufficienter instructus, Graeca, Latinaque lingua eruditus, cantilena ac psalmodia præcipuus, et in earum sensibus subtilissima exercitatione limatus; lingua quoque scholasticus, eloquendi majori lectione polita [poli-

C tus], exhortator omnium honorum operum, plerisque florentissimam ingerens scientiam [eorumque scientiam plehi ferventissime ingerebat], paupertatis amator, et erga inopem provisor [inopum provisionem], non solum mentis pietate, sed et studii sui labore sollicitus. (c) Hic suscepit sanctam sextam synodum, quæ per Dei providentiam nuper in regia

VARIANTES LECTIONES.

<sup>1</sup> Cod. Luc., *Leo junior.*

#### NOTE.

(a) Leo. Ex canone secundo concilii Toletani xiv infra aperte colligitur, Leonem creatum esse pontificem anno Domini 683. Cum enim menses duntaxat decem sedem pontificiam tenuerit, fueritque adhuc superstes tempore habitu concilii Toletani xiv, prout manifeste indicat canon 2 ejusdem concilii, certissimo indicio cognoscitur, ipsum non ante annum Domini 683 thronum apostolicum concendisse. Sev. Bin.

(b) Sedet menses decem, dies 17.) Defunctus iv Kalandas Julii, quo die in ecclesiasticis tabulis inter sanctos annumeratus habetur, sed menses decem, et dies octo. Baron. anno 684, num. 1. Id.

(c) Hic suscepit sanctam sextam synodum. Quando Leo pontifex arbitrio imperatoris electionem papæ confirmantis pontificatum administrandum accepisset, permisit idem imperator Romanum redire sedis apostolice legatos, quos haecenus persuasus Theodori Constantinopolitani episcopi fortasse Constantinopoli diutius detinuerat. Acta synodalia Graece conscripta, a Theodoro, ut diximus, depravata, non autem (ut

\* Errat hic Binius, qui et ipse postea conc. hoc Tol. xiv sub Benedicto II, collocat. Mansi.

urbe celebrata est, Graeco eloquio conscriptam, exse-  
quente ac residente piissimo et clementissimo magno  
princeps Constantino intra regale palatium ejus,  
quod appellatur Trullus : simulque cum eo legati se-  
dis apostolicæ, et duo patriarchæ, id est Constanti-  
nopolitanus et Antiochenus, atque centum quinqua-  
ginta episcopi, in qua et condemnati sunt Cyrus,  
Sergius,(a) Honorius, et Pyrrhus, Paulus, et Petrus,  
nece non et Macarius cum discipulo suo Stephano, sed  
et Polychronius novus Simon, qui unam voluntatem  
et operationem in Domino Iesu Christo dixerunt, vel  
predicaverunt, aut qui denuo prædicatur fuerint  
aut defensaverint. Sed ut et nunc duæ voluntates et  
operationes ipsius dispensatoris Christi et Salvatoris  
Dei nostri dicantur, sicut eadem synodus studiosissime  
in Latinum translata declarat. Verumtamen<sup>1</sup>  
suprascripti defensores malorum heresos<sup>2</sup>, dum

## VARIANTES LECTIONES.

<sup>1</sup> Cod. Luc., quam et studiosissime in Latinum  
translatavit. Verumtamen, etc.

A nollent a suo recedere proposito per [de suprascriptis] defensoribus maiores, scilicet Macarius, Stephanus, Polychronius et Anastasius, dum nollent a suo recedere proposito Roma per] diversa monasteria sunt retrusi. Qui predictus sanctissimus vir [Leo] absolutiv duos viros in percipienda communione, qui de regia urbe cum suprascripto Macario et ceteris in Romanam directi sunt civitatem, qui [quia] nec dum a synodo anathematizati erant, id est, Anastasiū presbyterum, et Leontium diaconum ecclesie Constantinopolitanæ in die sancto Theophania, exponentes videbile per propria scripta fidei suam, juxta quod et sancta synodus determinavit, anathematizantes videbile omnes [duos] haereticos, sed et suprascriptos viros complices quos sancta synodus vel sedes apostolica anathematizavit.

Hujus temporibus percurrente divali jussione cle-

<sup>2</sup> Cod. Luc., heresos Macarium, Stephanum, Polychronium, Anastasium dum nollent, etc.

## NOTÆ.

ille præ se ferebat) castigata, ad pontificem perfere-  
rends iisdem tradidit. Quæ cum sanctus Leo accep-  
isset, Latinitate donavit. Sed an eadem imposturam  
Theodori Monothelite corrupta approbaverit? Nisi  
commentitiam esse dixeris ejusdem Leonis epistolam  
primum, cum communi sententia necessum est affir-  
mare, quod sanctus Leo ea acta confirmaverit, quæ  
per legatos accepérat, quæ Theodorus inserto no-  
mine Honorii corruperat, pluribusque addititi scrip-  
pis auxerat: atque ita pro defensione Leonis dicen-  
dum est, vel quod eam iniquissimam conditionem  
sabire necessitas temporis exegerit, adeo ut si id non  
fecisset, damnata haeresis iterum revixisset, atque  
synodalia aboleuda fuissent: vel quod Leo præterita-  
rum rerum ignarus nescivisset acta legitima synodi,  
eamque defensionem, qua Joannes papa et Maximus  
abbas Honorii epistolas declaraverant et defenderant.  
Sed cum horum neutrum in pontifice culpa caruisse,  
alterutrum horum necessario est statuendū; vel  
quod acta concilii ante tempora Leonis incorrupta  
quidem extiterint, fuerintque tum demum depravata,  
cum Leonis epistola, quando post annos decem et  
viginti Monothelite decreta synodi impugnare co-  
operunt: vel quod ipsa epistola Leonis, sicut assert  
Baronius, commentitia existat. Quibus conjecturis  
hanc suam sententiam auctor annalium confirmet,  
dicam infra in notis ejusdem epistolæ. Ib.

(a) *Honorius*. Actus illis, quæ Leoni pontifici ob-  
lata fuerunt, nomen Honorii per imposturam Theo-  
dori dolose superadditum fuisse sentit Baronius. Quid  
de hac re judicent alii, supra dixi. Ib.

## OBSERVATIO PHILIPPI LABBE, S. J.

In tota pontificum Romanorum serie vix quidquam  
in priscis recentisque memorie scriptoribus occurrit  
intencius initio, gestis atque obitu Leonis papæ II;  
quare, ut mihi lectoribusque meis faciam sati, pauca  
hie in antecessum à:zoztry:; attingam atque obser-  
vabo. Anno Christi 682 ineunte, die 10 Januarii,  
indictione 10, obiit aut saltem sepultus est Agatho  
papa post sedem annorum trium, mensium 6 et die-  
rum 25, cum jam a die 16 Septembris absolutum  
fuisse concilium CP. III, sive oecumenicum sextum  
labente adhuc apud Latinos ind. 9. Leo II, paulo post  
Agathonis mortem electus est Romanus pontifex.  
Audita morte Agathonis et electione Leonis, Constan-  
tius imperator die 13 Aprilis (non Decembribus ut in  
vulgata editione legitur) ad Leonem scribit epistolam  
que exstat Graece et Latine in fine sessionis 18.  
Tunc Julio ind. 10, redeunt legati ab Agathone papa  
anno 680 ad concilium generale missi, ejusque acta  
cum Constantini epistola referunt. Die 15 Augusti, ind.  
10, Leo II, accepta confirmatione, ordinatur ponti-  
fex tum ab aliis, tum a Joanne Portuensi episcopo

B qui unus fuerat ex legatis, ideoque dicendum est se-  
disse annum unum cum mensibus decem et diebus  
14. Vulgo tamen consecratio ejus die 15 Augusti anni  
seq. 683 affligitur, vergente ad finem indictione 11.  
Quod si verum est, fatendum erit Leonem II a Roma-  
nis electum aque interim pontificium munus pro di-  
gnitate obeuntem vix ac ne vix tandem post annum ac  
sex circiter menses consentisse in suam consecratio-  
nem per summa animi demissione, alias ob cau-  
sas. Anno 683, ind. 11, die 16 Aprilis post coenam  
Domini luna tota pene nocte in sanguineo vultu elab-  
oravit, et non nisi per galli cantum, hoc est paulo  
post medium noctem inchoata jam seria sexta majoris  
hebdomadae ex tenebris coepit emergere teste Ana-  
stasio. Hæc vero eclipsis contigit tempore hujus  
papæ Leonis, aut duntax: electi, aut etiam conse-  
crati ex diversa numerandi ratione. Maio mense  
indictionis (non 10 sed) 11, examinatis per otium actis  
sextæ synodi quæ cum imperatoris epistola m: n:o  
Julio anni superioris revertentes legati retulerant,  
Leo aut electus tantum, aut jam ab anno superiori  
solemni more ordinatus, rescriptis ad imperatorem,  
quæque gesta fuerant in sexto oecumenico concilio  
approbavit. Sunt et qui hujus anni mense Junio Leo-  
nem mortuum velint. Sub autumnum anni 683, in-  
choata jam, ut par est credere, indictione 12, misit  
Leo acta concilii oecumenici in Hispaniam per Petrum  
regionarium S. R. E. notarium cum epistolis quæ  
exstant: sed cum ea jam die 4 Novembris perfecto  
concilio Toletano XIII dimissisque in suas civitates  
Patribus delata fuisse, eorum lectio in anni sequen-  
tis Novembrem mensem prorogata est, quo concilium  
Toletanum XIV celeratum fuit, æra 722. Interim die  
28 Junii anni 684, ind. labente 12, obiit Leo, eique  
die 20 Augusti successit Benedictus II, qui ad eundem  
Petrum regionarium et ad Ervigium regem scripsit,  
obiitque die 7 Maii anni 685, ind. 13. Illi porro chro-  
nologi qui mortuum Leonem contendunt anno 683,  
Benedicti primordia anno 683 consignant, ejusdem  
que aut successoris pontificatus uno anno productio-  
rem fuisse affirmant. Sed non est necesse circum-  
scriptos a nobis aliquis limites perrumpere. Cum  
enim Petrus regionarius a Leonem anno 683 missus in  
Hispaniam jam absolute concilio Toletano XIII ibi-  
dem substituisse donec in sequentis concilii Toletani  
XIV conventu annuo actis synodi oecumenice Hispani  
episcopi subscriberent, auditaque morte Leonis  
sequiis forte urgeret Petrus quæ fuerant a Leone  
mandata, Benedictus ejus successor paulo post elec-  
tionem ordinationem suam eundem data quæ ex-  
stat epistola hortatus est, ut pro apostolice fidei fir-  
mitate cum summo pietatis studio commissum mini-  
sterium perageret: quod et fecit mense Novembris  
anni 684, ut ex can. 2 Tolet. XIV datur intelligi.

D

mentissimi<sup>1</sup> principis restituta est ecclesia Ravennatis sub ordinatione sedis apostolice, defuncto<sup>2</sup> [Ravenatum] archiepiscopo, qui electus fuit<sup>3</sup> juxta antiquam consuetudinem in civitatem Romanam veniat ordinandus [ad ordinandum]. Hic fecit constitutum, quod archivio ecclesiae continetur, ut qui ordinatus fuerit archiepiscopus nulla consuetudine pro usu pallii aut diversis officiis ecclesia persolvere debat, sed et ne Mauri quondam episcopi anniversitas aut agenda celebretur [sed et ne Mauri quondam episcopi anniversarius aut agenda celebraretur prohibuit]: sed et typum autocephaliam, quem sibi elicuerant ad amputanda scandala sedis apostolice, restituerunt. Ille fecit ecclesiam in urbe Roma juxta sanctam Bibianam, ubi et corpora sanctorum Simplicii, Faustini, et Beatrixis, atque aliorum martyrum recondidit, et ad nomen beati Pauli apostoli dedicavit. Hujus alni pontificis jussu ecclesia juxta velum aureum in ho-

A norem beati Sebastiani adisceata est, nec non in honore martyris Georgii. Hujus temporibus<sup>4</sup> die decima sexta<sup>5</sup> mensis Aprilis, indictione undecima, luna eclipsim pertulit. Post cenam Domini nocte pene tota in sanguineo vultu elaboravit, et nisi post galli cantum coepit paulatim delapidare, et in suum reverti respectum<sup>6</sup> [statum]. Hic fecit ordinationem unam per mensem Junii [Maium], die vigesima septima, presbyteros novem, diaconos tres<sup>7</sup>, episcopos per diversa loca numero viginti tres. Qui etiam sepultus est ad beatum Petrum apostolum, sub die quinto Nonas Julias [iv. Kal. Julias]. Et cessavit episcopatus menses 2<sup>8</sup>, dies 22. Qui suprascriptus sanctissimus vir ordinatus est a tribus episcopis, id est Andrea Ostiensi, Joanne Portuensi [Qui interfuit sextæ synodo], et Placentino Veltiniensi, pro eo quod Albanensis ecclesia episcopum minime habuit<sup>9</sup>.

## VARIANTES LECTIONES

- <sup>1</sup> Cod. Luc., piissimi.
- <sup>2</sup> Cod. Luc., ut defuncto.
- <sup>3</sup> Cod. Luc., fuerit.
- <sup>4</sup> Cod. Luc., dedicavit sub die 22 mensis Februarii, ubi et dona obtulit. Hujus temporibus (intermedia desunt).

- <sup>5</sup> Cod. Luc., die 45.
- <sup>6</sup> Cod. Luc., respectum non habet.
- <sup>7</sup> Cod. Luc., diaconos xxv.
- <sup>8</sup> Cod. Luc., menses xi.
- <sup>9</sup> Cod. Luc., Albanensem minime habuit.

## LEONIS PAPÆ II EPISTOLÆ.

## EPISTOLA PRIMA

CONSTANTINI IMPERATORIS AD LEONEM II PAPAM.

Ἄντιγραφος θελεσάρχα τοῦ εὐσεβεστάτου καὶ φιλο-  
χριστου βασιλέως Κωνσταντίνου γενομένης πρὸς  
λεοντα τὸν ἀγιότατον καὶ μακαριώτατον πάπαν τῆς  
πιστούτερας Ῥώμης, σταλεῖσθη διὰ τῶν ἐκείνων ἀπο-  
σταλόντων συνοδοκαρίων παρὰ περιόπτος Ἀγαθῶνος  
τοῦ τῆς ὁσιοῦ μηνὸς. Ἀπειλθεὶς μηνὶ Δεκεμβρίῳ εγ-  
ινδικώντων δεκτής.

Δίοντε τῷ ἀγιότατῷ καὶ μακαριώτατῷ ἀρχιεπισκόπῳ  
τῆς ἀρχαίας καὶ περιθόνου πόλεως Ῥώμης, τῷ οἰκου-  
μενικῷ πάπᾳ.

Τῇ; τῶν ὡρανῶν ἀκαταλήκτου βασιλείας τε καὶ μα-  
καριστήτος ἑριέματοι, καὶ πρὸς τὸν πεντακικὸν νιοθε-  
σίαν τὸν ἡμετέρην σκοπὸν ἡμέν διευθύνοντες, ἵξειν  
διαιμελτῶμεν καὶ πράττομεν, ὅσα τοῦ σπουδαζομένου  
τυχεῖν ὑποτίθεται. Τί εὖ ὁ κύριος ἐν Εὐαγγελίος  
ἐπαγγελματο; «Μακαρίοις οἱ εἰρηνοτοι, ὅτι αὐτοὶ νιο  
Θεοῦ κληθήσονται.» Ταύτης δὲ τῆς ἐπαγγελίας τῆς καὶ  
πρὸς θείαν ἡμᾶς ἀναβιβαζούσης συγγίνεται, καὶ τὴν τῆς  
νιοθεσίας χαριζομένης εὐγένειαν ἐντὸς γενέσθαι βουλό-  
μενοι, καὶ τὸν πάντα ἐν ἑαυτῷ τῷ Θεῷ καταλλάξαν-  
τα, πρὸς εἰρήνην τε καὶ ὄμονιαν τὸν ὥμετέραν φύλά-

C <sup>a</sup> Exemplar divinæ sacræ prissimi et Christum diligenter imperatoris Constantini ad Leonem sanctissimum et beatissimum papam senioris Romæ, missum per eos qui illinc directi erant a superstite Agathone sanctæ memorie. Missa est mensis Decembri decimo tertio, indictione decima.

Leoni sanctissimo et beatissimo archiepiscopo veteris et clarissimæ urbis Romæ, et oecumenico pape.

Cœlorum æternum regnum et beatitudinem experientes, et ad spiritualem adoptionem pia nostra consilia dirigentes, ea memorem ac gerimus, quibus studia nostra bene evenire possint. Quid igitur Dominus in Evangelio pollicitus est? Beati pacifici, quoniam ipsi filii Dei vocabuntur (Math.v). Ad hoc D autem promissum, quo ad divinam cognitionem extollimur, et adoptionis nobilitatem assequimur, pervenire cupientes, ipsumque Christum imitantes, a quo sumus corona redimiti, quiique in seipso omnia Deo reconciliavit, ad pacem et concordiam adducere studemus nostram Christi amantissimam rempu-

primus annus Leonis incidit in finem indictionis un-decimæ, et principium indictionis 12, ut ex precedentibus patet. Tertio, quod in ipsa epistola dicatur de synodo cogenda scriptas esse litteras imperatoris ad Agathonem; cum certum sit ex precedentibus non ad Agathonem, sed ad Donum papam hac de causa litteras scripsisse. Vide Baronium anno 683, num. 6 et 8. Sev. Bin.

<sup>a</sup> Sacrum rescriptum. Hanc epistolam Constantini ad Leonem de fide suspectam esse asserit Baronius ex conjecturis hisce: primum, quod Leonem mense Augusto creatum non prius certiore reddiderit de rebus in synodo gestis, quam post menses quatuor, in Decembri nimis; cui statim statum fidei indi-  
casce oportebat. Secundo, quod initio epistolæ scri-  
batur ipsam indictione decima ad Leonem esse datam, quo tempore Leo nondum pontifex erat. Nam